

Ziber

ipsum haud procul ab asphaltite. Et haec tenus iudaea est.

Decapolis.

Capi. xviii.

Iungitur e: latere syriae decapolitana regio a numero oppidorum: in qua non omnes eadem obseruant. Plurimi tamen damascum & opotum riguas amne chrysotho: fertilis philadelphia raphana: omnia in arabia recedentia. Scythopolin antea nisa a Libero patre sepulta nutrire ibi scythi deductis. Gaddara hieramiace praefluente & iam dictum hippodion. Pellam aqua diuites. galasam canata. Intercurrent cinguntque has urbes tetrarchiae: regnorum instar singulae: & in regna contribuuntur: tracoitis penas. In qua caesarea cum supradicto fonte abila: arca: ampelocessa: gabe,

Gabade

Tyrus & sidon.

Capi. xix.

Hinc redendum est ad oram atque phoenicem. Fuit oppidum crocodilon. Est flumen nemptoria urbi undosum. Sigaminum promontorium: carmelumque. Et in monte oppidum eodem nomine quondam egbatana dictum. Iuxta getta lebba. Riuus pagida siue belus: uitri fertiles: harenas paruo litatori miscet. Ipse e palude cendeuia a radicibus carmeli profluit. Iuxta colonia Glaudii Caesaris ptolemis quae quondam ace. Oppidum ecdippa. Promontorium album. Tyrus quondam insula praesalto mari septingentis passibus diuisa. Nunc uero Alexandri oppugnantis operibus continens. Olim partu clara urbibus gentis: lepta: utica: & illa romani imperii emula terrarum orbis auida carthagine: etiam gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura constat. Circuitus. xix. mil. pas. est. Intra paletyro inclusa. Oppidum ipsum. xxii. stadia optinet. Inde ide ac sarepta & ornitho oppida. Et sidon artifex uitri: thebarumque boetarum parens.

Candebo
ca

Enhydra

Symiram

Macras

Ardum
Anatara-
dos

Atergo eius mons libanus orsus centum quinquaginta stadiis zymira usque porrigitur: quae caele syria cognominatur. Huic par interiacente ualle mons aduersus antelibanum obtenditur quodam muro coniunctus. Post eum introrsus decapolitana regio est: praedictaque cum ea tetrarchiae & palestinae tota laxitas. At in ora nunc subiecta libano fluuius nagoras berytus colonia quae foelix iulia appellatur. Leontos oppidum: flumen lycos: palaebyblos: flumen adonis. Oppida biblos: botris: gigarta: trieris: calamos: tripolis quondam. Tyri & sydonii & aradii optinent orthosia eletheros flumen. Oppida zymira: marathos: contraque arados septem stadiorum oppidum & insula ducentis passibus a continente distans. Regio in qua supradicti desinunt montes. Et interiacentibus campis bargilus mons incipit. Hic rursus syria desinente phoenice. Oppida carne balaea palatos. Gabale promontorium in quo laodicea libera: diospolis: heraclea: caradus: posidium.

Mons libanus. Capi. xx.

Syria antiochia.

Capi. xxi.

Deinde promontorium syriae antiochiae. Intus ipsa antiochia libera: epidaphneis cognominata oronte amne diuiditur. In promontorio autem seleucia libera pieria appellata.

Cassus mons.

Capi. xxii.

Super eam mons eodem quo alius nomine cassius. Cuius excelsa altitudo quarta uigilia orientem per tenebras solem aspicit breui circumactu corporis diem noctemque pariter ostendens. Ambitus ad cacumen. xix. mil. pas. est: altitudo per directum. iiii. At in ora amnis orientes natus inter libanum & antelibanum iuxta heliopolin. Oppidum rhosos: & a tergo portae quae syriae appellantur interuallo rhosiorum montium & tauri. In ora oppidum myriandros. Mons amnis. in quo oppidum bomite. impse ab syris ciliciam separat.

Caele syria

Capi. xxiii.

Nunc interiora dicantur. Caele habet apameam marsia amne diuisam. Anazeriorum tetrarchia babicen: quae alio nomine hierapolis uocatur. Syris uero magog ibi prodigiosa. At argatis graecis haec decreto dicta colitur chalciden cognominata ad bellum: unde regio achalicidene fertilissima syriae. Et inde cyrestica: imea zates: gindareos: gabeos: tetrarchias duas quae granii comatitae uocantur. Hemisenos: hylatas: itureosque gentem: & quae ex iis betearreni uocantur. mariam mitanos. Tetrarchia quae mammi sea appellatur. Paradisum: pagras: pinaritas: seleucias: praeter iam dictas duas: quae ad euphraten: & quae ad belum uocantur. Cardicenses. Reliqua autem syria habet exceptis quae cum euphrate dicuntur arethusios: bercoenos: epiphanenses. Ad orientem laodiceos: qui ad lisanum cognominantur: leucadios: lanissios: praeter tetrarchias in regna descriptas barbaris nominibus decem & septem.

Euphrates.

Capi. xxiiii.

Et de euphrate hoc in loco dixisse aptissimum fuerit. Oriens in praefectura armeniae maioris caranirtide. Ut prodidit ex iis qui proxime uiderunt Domitius Corbulo in monte aba. Licinius Mutianus sub radicibus montis quem capoten appellat: supra cymira. xii. M. p. initio pyxirates noiatus. Fluit derxenem primum: mox anetiam: armeniae regiones a cappadocia excludens. Das cula abest a zimara. lxxxv. M. p. inde nauigat pastonam quinquaginta. M. p. Melitenem cappadociae. xxvii. mil. pas. Elegiam armeniae. x. mil. pas. acceptis fluminibus lyco: arsanis: arsanis. Apud eligeiam occurrit et taurus mons. Nec resistit quinquaginta. xii. M. p. latitudine perforata praualis omnia uocat irrumpentem. Mox ubi cornu

Xerxenem